



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus

Lessius, Leonardus

Antverpiæ, 1632

5 Quid luxuria, & quale peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

tius faciat, quam illud maius; quamvis ob iustas causas id non exprimas. Et sane si possum ei dicere, Fac hoc potius quam illud, & vt faciat, rogare; cur non possum, non expressa comparatione tali, rogare vt hoc, quod minus est, faciat, vt interca impediam maius, quando video non posse a propulo abducere? Sic medici in morbis quibusdam desperatis, vt mortem auertant, venena quedam minorem noxam inferentia adhibent.

35 Dices, Non sunt facienda mala vt eueniant bona; ergo neque vt vitentur mala.

Respondeo, Nemini quidem fas esse vt ipse malum faciat, vt aliud malum a se vel alio faciendum impedit: potest tamen alteri suadere minus malum, vt impedit in illo maius, quod alia ratione impedire nequit: illa enim suasio mala non est, sed bona; quia non tendit ad hoc vt minus malum fiat absolute, sed vt preferatur malo maiori; licet id non semper exprimatur: in modo si quis bene aduertat, talis suafac solam permisiuere ad illius consensum in minus malum le habet: vitetur enim suafacione vt propositione obiecti, vt alter a maiore malo abducatur; non intendens vt consensiat in minus, sed id permittens, vt relinquit maius. vnde etiam minus dissuaderet & impedit, si posset absque maiori vel pari incommmodo. vide supra lib.2.c.13.dub.3.

Iuxta hanc excusari poterit quidam, qui ante aliquot annos captus a volonibus haereticis, & ductus ad tabernam, coepit strenue cum illis potiri, vt eos inebriaret, & se fugare proriperet: quod ita est consecutum.

36 Sed hinc alia dubitatio nascitur, Vtrum causâ vita saluandæ possit quis seipsum inebriare, vel potando, se periculo ebrietatis exponere, vt in causa propositio, vel cum quis cogitur ab altero. quibusdam enim locis dicuntur esse adeo barbari, vt nisi aequali cyatho respondeas, prouocent ad duellum, vel inuidant gladio.

Videatur sane id non esse licitum; nam ob nullam causam fas est facere peccatum: atqui se inebriare peccatum est; & quidem mortiferum, vt dictum est. Confirmatur ex D. Augustino Sermonne 232. *Etiampi. inquit, ad hoc veniretur, ut tubi diceretur, Aut bibas, aut morieris; melius erat ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur.* ubi aperte dicit hoc non esse licitum, & indicat esse peccatum mortiferum. Idem docet Caietanus art. 2. in Respons. ad 3.

37 Contra hanc tamen videatur verius, loquendo de ebrietate vt solam dicit priuationem vni rationis ex potu, qua per se non est peccatum. Ita mecum tenent multi viri docti in hac Vniuersitate consulti. Probatur Primo, Quia id licitum est causa medicinæ (vt supra ex Caietano & alijs ostensum est) ad pellendum vel arcendum mortuum: cur non etiam ad vitandam mortem ab alio intentatam?

Respondet Caietanus, Quia non est medium per se ordinatum ad hoc, sicut ad illud: vnde ibi ille potus non censetur immoderatus; hic vero censetur. Sed hoc non latifacit: nam licitum est ad vitandam mortem multa facere, qua per se ad hoc non sunt ordinata, sed solam ex malitia alterius. Sic supra l.2.c.9. dub.14. ostensum est, probabile esse licere sibi amputare manum vel digitum, iuvente tyranno, ad mortem redimendam; & tamen hoc nullo modo per se est ad istud idoneum, & ex-

tra illud periculum, est etiam graue peccatum. Secundo, Ob similem causam possum ieiunare plus quam valetudo ferat, aut ratio virtutis abstinentiae extra illum casum: cur non similiter amplius comedere & bibere? Tertio, Possum vesci fungis autalij rebus noxijs, bibere copiam vini eliquati, etiam cum periculo febris; possum hauirre medicamentum valetudini noxijs, & similia; quemadmodum extra illam necessitatem nullo modo essent licita, sicut ergo ista non sunt contra virtutem, quando sunt necessaria ad mortem vitandam; ita nec immoderatus potus contravirtutem erit: quia cum omnibus illis circumstantijs, in ordine ad salutem corporis revera immoderatus non est. sicut enim licitum est ledere sanitatem, & corporis integritatem ad vitandam mortem ex alterius malignitate impendentem; ita etiam licitum est ledere rationis vnum ad breue tempus, ob eamdem causam, et si enim dominium iforum non habeat; tamen habet custodiam in ordine ad bonum totius; ac proinde potest de illis disponere prout necessarium ad salutem totius. denique priuata rationis hic non est intenta, sed solam permisa, quam non tenetur cum tanto suo malo impediare.

Ad rationem contraria sententia Respondeo, In eo casu non esse peccatum, saltem mortiferum, Adratio nem contraria sententia.

Ad testimonium D. Augustini Respondeo, Illud esse intelligendum quando quis cogit bibere in contemptum virtutis, vt sobrietatem & modestiam suggesteret: non autem cum id solu facit quod putet se contemni, aut sibi fieri iniuriam, nisi tantumdem bibatur quantum ipse propinavit: vel certe quando is, qui initio coactus bibit, postea causâ delectationis sponte pergit in potando, vt saper fieri solet: vel quando facilè potest se subducere vt ad ebrietatem non perueniat. talis enim si inebrietur, non potest excusari.

D V B I T A T I O V .

Quid luxuria, & quale peccatum.

D. Thomas quest. 159.

Luxuria vel luxurie à luxu dicitur, & ab Auctoribus æquæ generatim accipitur: quo modo significat omnem excessum non solùm in re venerea, sed etiam in vestitu, epulis, vñctionibus, & similibus deliciis. Graciæ auctoræ vocant.

Stricte autem pro excessu in re venerea accipitur: nam luxuriosus dicitur, teste diu Thoma, quasi luxurus & solitus in voluptrates: maximè autem animum hominis dissoluunt voluptates venerea. Hoc modo passim usurpat à Theologis, & opponitur castitati, & vocatur ab Apostolo ad Galatas 5. *desiria,* quod intemperantiam libidinis significat.

Porro hoc vitium genere suo est peccatum mortiferum, & præterea vitium capitale. Etsi peccatum mortiferum, colligitur ex Apostolo ad Gal. 5. vbi luxuria ponitur inter opera carnis, de quibus ibidem affirmat Apostolus, quod qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Et probatur ratione: Vtus rei venerea ex natura sua est opus necessarium ad naturam propagandam & perennandam, sicut vtus ciborum ad conseruandum individuum. nam vt inquit D. Augustinus de bono coniugali c. 6. *Quod est cibus ad salutem hominis,*

in, hoc in concubitu ad salutem generis: ergo hic vñus censemur res grauis & magni momenti in rebus humanis: ergo inordinatio in hoc vñu, est in re graui, ac proinde ex genere suo est mortifera. Confirmatur; Quod enim bonum est excellentius, quod ex opere prouenit, eò maiori momenti censetur illud opus, & maius peccatum & grauior error, qui in opere committitur: atqui propagatio naturæ & conseruatio generis est bonum excellentius quam conseruatio indiuuidui: ergo inordinatio, quæ committitur circa opus illud, est grauior, quam qua circa cibum & potum. Sed de hoc plura infra, cùm de speciebus agetur.

⁴¹ *Eft vitium
capitale.* Est autem luxuriam vitium capitale, docet diuinus Gregorius lib. 31. Moral. cap. 31. & ratio est, quia ex hac, tamquam ex fonte, plura alia vita manant: nam ex affectu delectationis venerata homo multa alia peccata facit; vel certè finit se in illa incidere, vt recte hic explicat Caetanus a. 4. non enim est necesse vt omnes filiae alicuius vitij capitalis orientur ex affectu illius, sicut electiones mediorum ex affectu finis, vt objicit Martinus; quia quædam vita non sunt media ad consequendam v. g. delectationem luxurie, vel gula, quæ tamen ponuntur illarum filiæ: sed sufficit vt homo ex affectu illius paratus sit alia vita incurtere. Si tamen mentem B. Gregorij spectemus, non est opus filias vitorum capitalium restringere ad modum nascendi secundum rationem finis. nam quædam multò evidenter nascuntur secundum rationem causa efficientis, aut dispositiue; vt cæcitas mentis, & similia, ex luxuria: mentis hebetudo & scurillitas, &c. ex gula. Sed haec res est parui momenti.

⁴² *Filia luxu-
ria oīto.* Numerantur filiae luxuria octo à D. Gregorio suprà, quarum rationem reddit eleganter D. Thomas art. 5. nimirum, *cacitas mentis, precipitatio, in-
confederatio, inconstitutio, amor suu, odium Dei, affectus
presentis facili, & horror futuri.* Ratio horum sic accipi potest: Quatuor priora pertinent ad intellectum: quatuor posteriora ad voluntatem. In intellectu enim sunt quatuor operationes. Prima est, Simplex consideratio, v. g. boni spiritualis, per quam homo dicitur bene apprehendere & intelligere quā bonum sit recte vivere, seruire Deo, relinquere sacerdum, & similia. Secunda est, Bonna consultatio de mediis ad hoc exequendum. Tertia, Examen & iudicium de modis & mediis occurrentibus. Quarta, Imperium, quo ratio dat operam vt mandentur executioni. Haec quatuor functiones turbantur & impeditunt per luxuriam; tum quia voluptas illa est vehementissima, & consequenter impedit considerationem & attentionem circa spiritualia, vt pote totam animam & omnes eius vires ad se violenter rapiens: tum quia est infirma, & secundum infirmum sensum, & communis cum brutis; vnde etiam mentem maximè deprimit, & in brutalem indolem format, peruersa phantasiam, & affectu hominis. Et quidem vt mentem reddit ineptam ad considerationem rerum spiritualium, carumque dignitatem apprehendendam, generat *cacitatem mentis*: vt ad consultandum de mediis, *precipitationem*; immersus enim rebus carnalibus, ineptus reddit ad consultandum non solum de modo recte vivendi, sed etiam de aliis rebus: & ita præcipitanter omnia agit. Ut autem reddit ineptum ad recte iudicandum de mediis salutis, eaque expendenda, *inconfi-*

derationem. Ut verò mollem & debilem ad exquenda bona proposita, ob speciem quamdam difficultatis, *inconstantiam*. et si enim sèpè aliquid boni proponant, tamen quando animus imperare debet executionem, statim retrocedunt, alperita specie territi; vt pulchre D. Augustinus iūi exemplo ostendit lib. 8. Confess. cap. 5. & 11.

Hinc patet, hoc vitio maxime euerti *prudentiam*: nam actus supradicti ad prudentiam pertinet, & totam eius vim & functionem comprehendunt. quod confirmatur ex Aristotele libro 7.

Ethic. cap. 11. *Prudens indolentiam persequitur, non voluptatem. Deinde prudentiam impedit voluntates, eoque magis quo quisque magis delectatur: qualis est ea, qua ex rebus venereis percipitur: in hac enim neminem posse quid intelligere.* Hinc patet, quam perniciolum sit hoc vitium omnibus, qui prudentia vel sapientia ceteris antecellere debent; vt sunt Prælati, Principes, Gubernatores, Iudices, Consiliarij, Doctores, P'rofessores, & similes.

In voluntate sunt operationes duas, Intentio finis, & Elec̄tio mediorum. Intentionem peruerit hoc vitium, voluntatem trahendo ad delectationes carnis, & sic ingenerando *amorem sui*: quod intellige, non tantum quia homo hoc ipso, quo appetit voluptates venereas, inordinatè se amat; sed etiam quia ita sensim aestimat carnem suam, eiusque voluptates, vt in eis finem ultimum collocet, omnes suas cogitationes & curas ad eas consequendas referendo. Hinc inox sequitur *odium Dei*, qui voluptates illas grauiiter prohibet, & punxit. Electionem peruerit, ingenerando *amorem huius faculi*, id est, vita præsentis, & rerum hanc vitam oblectantium, quo ita istis inhærent, vt hinc perpetuò manere exoptent, vnde statim nascitur *horror & desperatio futuri.* Horror quidem, quia norunt se ibi his voluptatibus priuandos, & eorum loco peccas grauissimas subiuros. Hinc ne in magis horret mortem, quam homines voluptrari; iuxta illud Ecclesiastici 41. *O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis: viro quieto, & cuius via directa sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum.*

Desperatio, quia vinculis concupiscentiæ constric̄t, desperant se posse eripere, & salutem consequi.

Præter has luxuriæ filias, quæ internæ sunt, ponuntur ut Ilidoro quatuor externæ, *turpiloquia, scurrilia, ludicra, stultiloquia*.

Turpiloquia, quia ex abundantia cordis os loqui- *Turpilo-
tum, vt Dominus ait Matth. 12. cor autem hominis quum.
luxuriosi* (id est, cogitatio & affectus) turpitudine plenum est.

Scurrilia, sunt verba aut facta parum honesta, *scurrilia, risum mouentia*: haec ex eodem nascuntur fonte: sicut enim fœdi homines delectantur verbis turpibus, quibus actus venerci exprimantur; ita etiam aliis, eodem, eti remotiis, pertinentibus, ijsque ritum mouere student.

Nec solum parum honestis, sed etiam *ludicris, Ludicra.* alias indifferenteribus quæ ad iocos pertinent, impensis delectantur. vnde videmus quoddam libidini addicatos ex variis libris colligere turpes, scurries, & ludicras narrationes & facta, vt ea in promptu habeant, cùm in confortio sunt aliorum.

Stultiloquium sequitur ex cacitate mentis; mens *stultilo-
quum.* enim libidine caeca, multa stulta, seu ratione ca-
rentia

Sff

rentia effutit. Vide diuum Thomam art. 5. ad 4 & D. Hieronymum in c. 5. ad Ephesios, ubi explicat quid sit stultiloquium, & seurilitas.

D V B I T A T I O N I

Quæ sint luxuriæ species

D.Thom.quest.154.art.1

Diuus Thomas ex Gratiano 36.q.1.cap. Lex
Species luxuria. illa, sex species luxuriae assignat; fornicatio-
nem, adulterium, incestum, stuprum, raptum, & vi-
tium contra naturam. cuius numeri ratio vt intel-
ligatur. Notandum est, principalem actum vene-
reum, ad quem reliqui referuntur, esse spermati-
sin, seu seminationem: in quo duplicitate potest
committi inordinatio. Primo, Quoad substan-
tiam illius actus; vt cum non sit in organo natura-
li, vel cum persona legitima. Secundo, Quoad
modum, vel alias circumstantias; vt cum inter-
coniuges in eo tantum peccatur, quod debitus
modus in congesu, aut debita moderatio, vel
congruum tempus, aut locus non sernetur, &c.
Luxuria generatim utramque inordinationem
complectitur; sed hic accipitur, & assignantur ei
species vt dicit inordinationem quoad substan-
tiam actus: hæc enim absolute vocatur luxuria,
estque peccatum secundum speciem suam letale.
Inordinatio quoad modum, per se est solùm lu-
xuria secundum quid, & peccatum veniale in ra-
tione luxurie; quamvis ratione sacrilegij annexi,
vel scandali, vel praui affectus possit esse morti-
fera; vt bene ostendit Cajetanus in art. primum,
Hinc soluas plurima, quæ hic objicit Martinus.

Ratio autem harum specierum sic accipi potest: vel enim est inordinatio circa actum principalem, quod ita fit ut non possit sequi generatio; & sic est peccatum *contranaturam*; aut quia ita fit ut non possit sequi commoda institutio & promocio proliis usque ad statum perfectum; & ita est *simplex fornicatio*, quae est soluti cum foluta: aut quia fit cum perlona incongrua: idque quadrupliciter. Primo, Quia nimium propinquum & ita est *incestus*. Secundo, Quia alteri iuncta: & sic est *adulterium*. Tertio, Quia sub potestate parentis; & ita est *stuprum*. Quartu, Quia non consentit; & sic est *raptus*. Simili ferè modo D. Thomas artic. 1.

Vtrum tamen stuprum sit species distincta à simplici fornicatione, quando puella consentit, dictum est supra cap. 10. dub. 1.

Sacrilegum concubitum refert diuus Thomas ad adulterium; quia personæ sacræ connubio quodam spirituali Deo sunt coniunctæ.

Inordinatio, quæ in tactibus & osculis impuris
fita est, & *impudicitia* dici solet, refertur ad illam
speciem, ad quam disponit; vt si fiat cum alterius
coniuge, refertur ad adulterium; si cum consan-
guinea, ad incestum.

An si talis Dices, Sicuti propinquitas facit ut persona sit incongrua, ita etiam nimia distantia; ut si discre- ratione di- fferentia. per religionem, maius enim peccatum est habere commerium cum Iudea, quam cum meretrici.

Dices, Sicut propinquitas facit ut persona si incongrua, ita etiam nimia distantia, ut si discrepet religione. maius enim peccatum est habere commercium cum Iudea, quam cum meretricie Christiana: ergo est statuenda aliqua species ratione discrepancia, sicut ratione propinquitatis.

Relp. Hoc peccatum pertinet ad sacrilegium: quia illa coniunctio est prohibita in honorem Christianissimi ab Ecclesia. Simili modo, quando

ex aliqua alia causa est inhabilitas seu impedimentum dirimens constitutum ratione pecularis inordinationis, quæ reperitur in copula, ad aliquam ex prædictis speciebus reductur. v. g. si est inhabilitas ratione publicæ honestatis, ad incestum; ob speciem quandam affinitatis: si ratione cognationis spiritualis, ad incestum, vel ad sacrilegium: si ratione cognationis legalis, quæ ex adoptione, ad incestum: si ratione impotencie, ad peccatum contra naturam. Vbi autem inhabilitas illa non est inducta ob peculariem inordinatem in copula, sed ob aliam causam, v. g. ob crimen, ignorantiam, metum; est simplex fornicatio: ut cum est impedimentum criminis, vel metus, vel erroris persona, aut conditionis seruilis, vel raptus. Circa prædicta.

Notandum ex Caiet. art. 1. *adulterium, incestum, raptum, stuprum, &c sacrilegium* non esse propriè & metaphysice species luxuria, sed solum moralis & vulgata ratione loquendi, qui minus communia species dicuntur, etiam si solum per accidens communem aliquam rationem contrahant. Nam deformatas, quam addit circumstantia illa persona vel loci luxuriam contrahens, non est contra castitatem, sed contra aliam virtutem: in *adulterio*, *rapto*, & *stupro*, contra iustitiam: in *sacrilegio*, contra *deinum Religionem*: in *incestu*, contra pietatem, quia *na-socia*.

Religionem : in *inceps*, contra pietatem, qua parentibus & sanguine iunctis debitum reuerentiam defert. Fieri autem nequit ut circumstantia vel deformitas, quæ est contra aliud genus virtutis, ita contrahat malitiam luxuriæ, ut timul cum ea propriè dictam speciem constituat. Vna enim species non potest esse in diuersis generibus: nec unum genus potest contrahi per differentiam alterius generis. Itaque circumstantia propriam luxuriæ speciem constituens debet addere deformitatem, quæ solùm sit contra castitatem; qualis est circumstantia vasis indebiti, & personarum debito vinculo non connexarum. Hinc infert Caictan, huiusmodi actus propriè esse sub duplice genere: adulterium enim ratione iniuria, quæ fit coniugi, esse speciem iniustitiae: ratione carentia vinculi coniugalis inter personas, esse speciem luxuriæ.

idem dicendum in ceteris. Dicuntur tamen species luxuria potius quam iniustitia, vel sacrilegium, ob duas causas. Prior est, quam adfert D. Thomas, quia luxuria magis est formalis, cum se habeat in illis peccatis per modum finis: iniustitia vero & sacrilegium magis se habet materialiter & per accidens. adulterium enim committitur non ut fiat iniuria, sed propter voluptam carnalem: similiter sacrilegium, & aliae species. Quod si quis adulterium committeret eo fine ut contumeliam inferat marito, vel sacrilegum concubinum, ut iniuriam Deo vel rebus sacris, &c. tunc potius dicentur species iniustitiae, vel irreligiositatis, quam luxuria: quia finis non efficit luxuriam, sed iniuria & violatio rei sacrae: luxuria autem peccatum se haberet instar mediij. Altera causa est, quia illa peccata committuntur in materia luxuria, & per actum eius, & ita potius dicuntur species luxuria, quam iniustitiae, &c. luxuria enim magis ei eluet. In rapto tamen res paulò aliiter se habet, nam iniuria praecedit & luxuria sequitur.

Ex dictis sequitur, malitiam luxuria in prædi-
catis speciebus naturalibus, quæ alii virtutibus luxuria in
oppontuntur, si præcisè consideretur qua castitatem speciebus
repugnat, esse eiusdem rationis, & pertinere ad naturali-
bus.
for-